MANTISSA

OBSERVATIONUM VETTIANARUM

SCRIPSIT

GUILELMUS KROLL

MANTISSA

OBSERVATIONUM VETTIANARUM

SCRIPSIT

GUILELMUS KROLL

Excerptum ex *Catalogo codicum astrologorum graecorum.*
(Tomi V pars II).

BRUXELLES
IMPRIMERIE POLLEUNIS & CEUTERICK
DREESEN & DE SMET, Successeurs
37, RUE DES URSULINES, 37

1906

MANTISSA OBSERVATIONUM VETTIANARUM [1]

Manethonis cum Firmico consensum olim Koechly in praefatione Didotianae luculenter demonstravit utriusque apotelesmata conferens; sed etiam Valens totiens similia tradit, ut ultimum aliquem fontem communem subesse pateat. Si quis hoc demonstrare vult, larga ei suppetit materia; quam tamen nolo exhaurire, nonnulla delibare contentus.

Manetho quamquam verba auctorum mutavit tralaticio colore epico omnia perfundens, tamen nonnulla ita reliquit, ut pristinum colorem pellucere sentiamus. Velut ἀνωμάλους quosdam futuros esse saepe praedicit Valens (II, 92_{32}, 111_{9}; eodem vocabulo utitur Ptol. $42^{r}{}_{6}$) aut ἀνωμαλία (V, 54_{31}, 83_{27}, $106_{10, 26}$), ἀνωμαλίζειν (V, 81_{35}), ἀνωμαλεῖν (II, 114_{14}; V, 58_{2} : ἀνωμαλήσει τῷ βίῳ) verbis utitur, quorum ultimum etiam Petosiris adhibet fr. 21_{84}, Riess : putabimusne aliud quid invenisse Manethonem cum diceret : ἀνωμαλίην βιότοιο ἀνθρώποις ἐπάγουσι, I, 216 : βιότοιο δ' ἀνώμαλα ἔργα τελοῦσιν, I, 270 : οὐχ ὁμαλὸν βίοτον δῶκαν, III, 164 (cf. 306)? aut Firmicum, qui inaequalitatem vitae (103_{16}, 119_{2}) et inaequalem vitam (109_{16}) decernit (cf. 106_{14}, 206_{21})? — ἀλλοτρίων ἀγαθῶν ἐπιθυμηταί dicit Valens II, 97_{5} [οὔτε εἰμὶ ἄδικος οὔτε ἀλλοτρίων ἐπιθυμητής, *Berl. Urk.*, 531; II, 22]; ὄλβου τε ποθήτορας ἀλλοτρίοιο, Maneth. IV, 120 (ὀθνείων κτεάνων ἐπιθύμιος, 565); alienas res ... desiderabit Firm. 115_{32}, cf. 159_{24}. — συνοχῶν καὶ καταιτιασμῶν πεῖραν λαμβάνοντες, dicit Val. II, 108_{15}, cf. 109_{13}; V, 66_{27}, 73_{34}, 92_{12}, 93_{11}; eodem vocabulo utitur Maneth. II, 282; III, 203; IV, 486; Ptolem. $21^{v}{}_{29}$ (in custodia constituit, Firm. 224_{25}). — Τοῖς διὰ λόγων ἢ ψήφων ἢ γραπτῶν ἐπωφελὴς καθέστηκε, Val. 106_{37}; διὰ γραπτῶν ἰδμοσύνης ἐρίτιμοι ἀγακλήεῖς τ' ἐγένοντο, Maneth. III, 323; γραπτῶν τε καὶ ἀργυρικῶν χάριν ταραχὰς ὑπομένοντας, Val. II, 116_{1} = IV, 175_{1}, cf. V, 90_{23}, 102_{18}, 111_{3} etc. — Νείκεα καὶ κρίσιας γραπτῶν χάριν ἠὲ

[1] Numeris II, IV, V, Valentis capita significo in huius catalogi partibus II, IV, V², publicata; quae in hoc ipso fasciculo edita sunt, interdum sine numero Romano attuli.

παλαιῶν[1] ἔργων ἴσχουσιν, Maneth. III, 161; ἐν δ' ἀγορῇ κρίσιας θωὴν θ' ἅμα νείκεσι πολλοῖς ἴσχουσι γραπτῶν ἕνεκεν, ibid. 213, cf. 341. Ptol. 50^v $_2$: δίκας διὰ γραμμάτων ἢ φαρμάκων ἀφορμάς. Firm. 175 $_6$ ex absconsis scripturis ... damnari eos facient. — Διὰ γυναῖκα κρίσεις ζημίας δώσουσι, Val. 58 $_{23}$; cf. Maneth. III, 336 : τῶν ἕνεκεν (sc. proper ipsorum vel uxorum adulteria) κρίσιές τε μάχαι τ' ἀγορῇσι πέλονται, VI, 186 : τῆς ἕνεκεν (ob mulierem) κρίσιές τε δίκαι τ' ἀγορῇσι πέλονται, II, 280. — Παραιρέτας (-νέτας cod.) δὲ γυναικῶν, Val. II, 110 $_3$; cf. Maneth. I, 259; II, 272; Firm. 125 $_{30}$, interfectores uxorum, 227 $_7$. — Val. 67 $_{13}$, οἱ δὲ καὶ ταῖς τῶν ἀδελφῶν ἢ ἐπιστατῶν ἢ ταῖς τῶν πατέρων ἢ καὶ μητρυιαῖς τὰς ἐπιμιξίας ποιοῦνται, cf. Maneth. II. 189 : ἢ καὶ μητρυιῇσιν ἑαῖς ἢ παλλακίδεσσιν σφωιτέρου γενετῆρος ὁμὸν λέχος εἰσανέβησαν; I, 113; Firm. 153 $_8$, aut enim cum sororibus aut filiabus aut fratrum uxoribus coire coguntur (cf. l. $_{20}$ sqq.); 204 $_{25}$: aut cum novercis suis coeunt aut concubinas patrum latenti cupiditate corrumpunt. — Val. II, 106 $_{22}$, γίνονται δὲ ἐν ξενιτείαις καὶ ἐπὶ ξένης ἢ ἀπὸ ξένων τὰς τῶν πράξεων κατορθώσεις ποιοῦνται οὐ μόνον ἰδίων, ἀλλὰ καὶ ἀλλοτρίων πραγμάτων, cf. V, 81 $_8$; Firm. 139 $_{30}$, in peregrinis locis constituti augmenta felicitatis maxima consequentur. — Lunam qui tertio loco positam habet fit ἱερεὺς θεᾶς μεγίστης ἢ ἱέρεια, Val. 60 $_6$; in tertio loco Luna constituta ... antistites facit maximae cuiusdam deae, Firm. 188 $_{12}$[2].

Alia non tam in verborum quam in rerum similitudine sita sunt. Velut μάντεις θύτας ὀρνεοσκόπους ὀνειροκρίτας enumerat Val. II, 91 $_{21}$, eosdem Maneth. II, 205, cf. III, 473; IV, 211 (ubi etiam λεκανομάντεις qui redeunt in simili serie Ptol. 47^r $_{18}$). Firm. 101 $_{29}$, 165 $_{24}$: ἐπακουσθήσεται ὡς θεός; de tali vate Val. V, 56 $_{22}$. Firm. 101 $_{30}$: quorum responsa sic sint quasi quadam divinitatis auctoritate prolata. — Quidam sunt ἄθεοι, Val. II, 98 $_{15}$, 108 $_3$, τὴν ἰδίαν μέμφονται τύχην καὶ εἰς θεοὺς βλασφημοῦσιν ἢ ἐπίορκοι καὶ ἄθεοι καθίστανται; II, 109 $_{12}$ (cf. V, 60 $_9$); sacrilega contra divinitatem verba iactantes, Firm. 98 $_{28}$; inreligiosi periuri, 179 $_{14}$, 226 $_{12}$, cf. 123 $_4$, 132 $_{24}$, 218 $_{18}$, 188 $_{20}$ (ubi etiam : quibus deorum ira maxima infortunia conferantur : cf. θεοχόλωτος, Val. V, 60 $_8$; ἀπὸ θεοῦ μῆνιν ἔχοντες, 97 $_{13}$). — Multi γυναικῶν ἔργα ἐπιτελοῦσι,

[1] Male in μάλ' αἰνῶν mutavit Koechly, cf. ἀπειλὰς μυστικῶν καὶ παλαιῶν πραγμάτων ἕνεκα, Val. 79 $_{23}$, cf. 79 $_{30}$, 95 $_{12}$, 105 $_{35}$.

[2] Totum Valentis caput cum Firmico conferens cognosces quod aliis quoque rebus firmatur : subesse commune fundamentum, sed Firmicum pendere ab auctore recentiore, qui multa addiderit, eodem ex quo Manetho quoque permulta desumpsit.

Val. V, 68$_{2}$. Maneth. III, 395, γυναικῶν ἔργα τελοῦντες. Firm. 109$_{16}$, facientes ea quae mulieres facere consueverunt, cf. 221$_{28}$; aut etiam αἰσχροποιοῦσι καὶ διαβάλλονται ὑπὸ ὄχλων [1], Val. V, 67$_{26}$; praeposteris amorum vitiis implicatos et qui ob hoc adsiduis pulsentur iufamiis, Firm. 204$_{19}$ (221$_{18}$, 251$_{21}$); — contra inveniuntur mulieres quae σὺν γυναιξὶ κοιμώμεναι ἀνδρῶν ἔργα ἐπιτελοῦσι, Val. V, 67$_{32}$; τριβάδας τ' ἀνδρόστροφα ἔργα τελούσας, Maneth. IV, 358 (τριβάδες, Ptol. 44^{r}$_{34}$, 48^{v}$_{16}$); viriles actus appetere in eadem re, Firm. 154$_{3}$. — ἔνιοι δὲ νωτοφοροῦσιν ὡς κτήνη, Val. V, 69$_{2}$ (cf. βαστάγματα, II, 98$_{12}$; V, 81$_{30}$); ἀχθοφόρων ζῴων βίοτον τελέοντες, Maneth. VI, 384; ὑπὲρ νώτων φορέοντας ἄχθεα, 416; ἀχθοφόροι, IV, 251, 443; laturarios humeris ac dorso subsidia quaerentes, Firm. 224$_{24}$, cf. 233$_{9}$. — Tyrannus vel rex nascetur qui κτίσει πόλεις, ἑτέρας δὲ διαρπάξει, Val. V, 56$_{28}$; πόλεις ἀνορθοῦντας καὶ καταστρέφοντας, 69$_{20}$ [2]; atque etiam latifundiorum domini κτίζουσι κώμας καὶ τόπους, 59$_{13}$, 68$_{6}$: reges imperatores ... civitatum eversores vel fabricatores, Firm. 124$_{10}$; reges ... evertentes alias civitates alias sublevantes, 129$_{24}$.

Etiam Ptolemaeus, etsi praecepta sibi tradita in ordinem quendam redigere tenebrisque mathematicae artis lucem quandam afferre conatur, tamen fundamenta a prioribus iacta non ita evertit, ut non saepissime cum Valente vel in vocabulis consentiat [3]. Habes igitur ὄχλων ἐπαναστάσεις, Ptol. 22$_{28}$ = Val. V, 66$_{12}$, 97$_{18}$, seditiones frequenter ex populo, Firm. 111$_{10}$); ἐμποδίζονται τὴν γλῶτταν, Ptol. 39$_{7}$ — τῷ λόγῳ ἐμποδιζόμενοι, Val. V, 57$_{14}$ (ἐμπόδιον τῆς φωνῆς, 65$_{24}$), ubi γλῶσσαν ἔδησεν, Maneth. II, 193, sonum vocis *impedit,* Firm. 211$_{9}$ (cf. 224$_{12}$); δυτικοὶ δὲ ἢ ἀποκεκλικότες τῶν

---

[1] Ὄχλοι nostro sunt " homines " (cf. Dittenbergeri indices utilissimos ad utramque syllogen); vides unde fluxerit populi " Leute " quod pro Africismo olim venditabant, ego non prorsus rectę e poetarum sermone solo repetivi (*Rh. Mus.*, LII, 588).

[2] Cf. 105$_{27}$, ἀνοικοδομοῦσί τε ἢ καταφέρουσι (possis καταστρέφουσι).

[3] Quod dicit : καὶ τῶν ζῳδίων δέ, ἐν οἷς ἂν ὦσιν οἱ τὸ πράσσειν παρέχοντες, αἱ κατ' εἶδος ἰδιοτροπίαι συμβάλλονταί τι πρὸς τὸ ποικίλον τῶν πράξεων f. 47$_{7}$, ei similia haud raro occurrunt. Praeterea uterque de κοσμικῷ loqui amat; Ptol. f. 31^{r}$_{2}$, ἐὰν μὲν καλῶς κατὰ τὸ κοσμικὸν τυγχάνωσι διακείμενοι, ibid. 6: οἱ κοσμικῶς ἠρρενωμένοι, 41$_{1}$; ἐὰν μὲν ἐνδόξως ἔχῃ πρός τε τὸ κοσμικὸν καὶ τὰ κέντρα, cf. V, 76$_{23, 26}$, 78$_{22}$, 80$_{16}$, 101$_{9}$. — Vetusta imagine de κράσεσι stellarum loquuntur (temperationes, Firm. 256$_{4}$), quam multis verbis e pictura petitis illustrant Val. 36$_{17}$; Firm. 152$_{10}$, 264$_{12}$. Cf. συγκρατικὴ θεωρία, 93$_{2}$ (sic enim emendandum), συγκρατικαὶ μαρτυρίαι, 118$_{4}$ (II, 92$_{17}$); σύγκρασις etiam 91$_{6}$ restituendum puto. — Aliam imaginem quae vereor ne non a Valente ficta sit habes 35$_{18}$.

κέντρων (δηλοῦσι τὰς πράξεις) ὑποτακτικάς, Ptol. 47_{25} [1] quo eodem vocabulo saepissime utitur V. ut homines serviles abiectos humiles dicat: cf. V, 72_{2}, $_{21}$ (ὑποταγή, ibid., 10, 13, 17, 25; λατρευτικοί, II, 99_{12}) cf. Maneth. II, 162, ἐν δ' ἔργοις πρήξει θ' ἑτέροις ὑποπεπτηῶτας = 209, 435; III, 377. 274, πρήξεσιν ἐν τοίῃσιν ὑποδρήσσοντας ἔθηκεν. Firm. 187_{27}, vitam eorum talem facit ut alicui potestati subiaceat, cf. 263_{2}. 223_{16}, alios (faciet) subiugari [2]; — ἐν ἱεροῖς κάτοχοι γίνονται ἀποφθεγγόμενοι (i. e. vaticinantes) Val. V, 65_{34}; Ptol. 32_{22}, ἀποφθεγγομένους καὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων ποριστικούς = 47_{22} [3]; — Ptol. 47_{28}, καταψύξεις (sc. τῶν πράξεων) Val. V, 65_{31}, καταψυγήσονται τὰ διαπραττόμενα (item ψύξεις, II, 107_{17}, ψύξεως πρακτικῆς, V, 73_{25}, ψύχοντας τὰς πρώτας πράξεις, II, 110_{6}). Firm. V, 62ᵛ, tunc tempus frigidum — Ptol. 45ᵛ $_{19}$, ἐν ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεμματοφόροις, cf. στεμματοφορία, Val. II, 90_{31}, στεφηφόρος, II, 111_{13} etc. — Ptol. 45ᵛ $_{20}$, ἐν ἀξιώμασι... στρατοπεδαρχικοῖς; Val. V, 68_{8}, στρατοπεδάρχας — Ptol. 39_{7}, γίνονται τραυλοὶ ἢ μογιλάλοι cf. Val. V, 65_{22}; μυστηρίων μεθέξουσι. Val. II, 107_{31}; V, 60_{23}, μυστηρίων μετόχους, II, 114_{6}, μυστηρίων μετέχοντας, V, 65_{1}, ἀποκρύφων μύστας καὶ ἀπορρήτων συνίστορας πραγμάτων, II, 115_{27} (Maneth. II, 197); μετόχους ἀποκρύφων καὶ ἀπορρήτων, Ptol. 41ᵛ $_{13}$; quibusdam religionibus deditos et secretarum ac magicarum artium scientes, Firm. 252_{11} [4]. — Admodum notabilia sunt quae de κατόχοις tradunt : ἐγκάτοχοι ἐν ἱεροῖς γίνονται παθῶν ἢ ἡδονῶν (σινῶν?) ἕνεκα, Val. V, 56_{33}; ἐν ἱεροῖς ἕνεκεν ἀρρωστίας γίνονται, 58_{7}; ἐν ἱεροῖς κάτοχοι γίνονται ἀποφθεγγόμενοι ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ παραπίπτοντες, 65_{34} (at 81_{14}, κατοχή nil aliud est atque ἐπιμονή); Ptol. 42_{16}, ἱερῶν ἐγκατόχους, Maneth. II, 365, αὐτοὺς δ' ἐν νούσοις δολιχαῖς ἄταις τ' ἐδάμασσεν ἠὲ μελαγχολίῃσι καὶ ἄλγεσι κρυπτομένοισιν, ἄχρι κεν ἵζωνται μακάρων ἱεροῖς παρὰ βωμοῖς. I, 239, οἱ δὲ καὶ ἐν κατοχῇσι θεῶν πεπεδημένοι αἰεὶ δεσμοῖσιν μὲν ἔδησαν ἑὸν δέμας ἀρρήκτοισιν (quae de suo addidit vocabulo κατοχή — cf. συνοχή — in errorem inductus). Firm. 139_{13}, ad deos confugiunt et illic manebunt ab ipsis remedia (valetudinum) postulantes. 148_{8}, faciet autem in templis

---

[1] Sic enim scribendum pro ὑπὸ τὰς πρακτικάς.

[2] Contrarii sunt et Valenti et Ptolemaeo ἀνυπότακτοι, qui nullis rationibus subiugentur, Firm. 248_{1}.

[3] Cf. Maneth. IV, 550, ἀποφθεγκτήρια κρυπτά.

[4] Ptol. 47_{2}, ἱερῶν ζῴων θεραπευτάς, cf. Firm. 137_{11}, qui pecora sacra aut sacris aut religionibus destinata pascant (qui quae olim ad sacra Aegyptiorum animalia pertinebant leviter immutasse videtur; cf. Stengel, ***Kultusalt.***[2], 85).

manere sordidos et sic semper incedere et qui numquam tondeant comam (cf. Maneth. I, 241 sq.). Unde concludendum videtur κατόχους non esse quasi monachos quosdam κατεχομένους ὑπὸ τοῦ θεοῦ (id quod Preuschen potissimum defendit *Mönchtum und Serapiskult*), sed homines aegrotos κατεχομένους (manentes) in templo et remedia morborum a dis eorumque sacerdotibus expectantes (cf. Gruppe, *Mythologie*, p. 1655[5] et W. Otto, *Priester und Tempel*, 119).

Ac ne longus sim, congruunt in usu horum vocabulorum admodum rarorum aut aliquo modo notabilium : ἀφερέπονος, δοτήρ (Petosirideum : Val. V, 71 $_{16}$, cf. Maneth. V, 82 adamavit enim P. dictionem elatam, unde etiam talia quale est οἰκοδέκτωρ (V, 99 $_{15}$, cf. B. L. 406[2]) ei adscribas), δόσεις καὶ λήψεις, δειγματισμός, ἐπιπλοκή = coniugium, εὐπαρηγόρητος, εὐσχήμων = nobilis (item Maneth. V, 289), εὐεπήβολος, ἔπανδρος, ἐπαφροδισία (et -όδιτος), ἐράσμιος, κεκινημένος (= ἄστατος), κατορθωτικός, λαοξόος (-οϊκός, Val. II, 97 $_{26}$), μονογνώμων, μονότροπος, μισοΐδιος, μισοπόνηρος, μεταδοτικός, μελοκοπεῖν, ὄχλησις = morbus, ὀχλικός = plebei gratus, περικυλίεσθαί τινι = incidere in aliquid, παραλογισμός, πολυΐστωρ, πολυθρύλλητος, πολύκοιτος, περιβοησία, πολύκοινος (cf. Maneth. III, 85; V, 142, 236; communes, Firm. 218 $_{7}$, 246 $_{20}$), πίστις = munus delatum (item Maneth. I, 219; V, 258), προαγωγή (= προκοπή : sic scrib. apud Ptol. 45^{v} $_{23}$), σινοῦν (etiam Maneth.), σκυλμός (Petosirideum : Val. V, 71 $_{22}$), σπάνις (quod Petosirideum puto), σπαναδελφεῖν et -φία (σπανάδελφος Val.; Maneth. IV, 390; VI, 332), ὑποτακτικός, φιλέρημος [1], φιλόθεος, φιλοκαθάριος [2], φιλόμουσος, φιλοπευστεῖν (-πεύστης Ptol.), φιλόστοργος, φιλοτρόφος, φιλόφιλος (amantes amicos, Firm. 246 $_{19}$), χειροτέχνης.

Etiam Manethonis et Valentis in verborum usu consensus notandus; sic διευθυντής Val. ἀπ. λ., διευθυντήρ Manetho; διωνυμία; εὔπρακτος; λινοστολία; πάρυγρος πλαστογράφος στειρώδης. Adde quod σπανότεκνος (68 $_{26}$) a solo Sexto adhibetur in refutatione astrologiae, p. 747 $_{6}$. Vides igitur praeter terminos astrologorum proprios et praeter ea, quae in apotelesmatis adhiberi consentaneum erat, haud pauca inveniri quae ad communem originem spectare videantur.

Qua aetate liber conscriptus fuerit, ex quo haec omnia apotelesmata fluxerunt, quibusdam ex rebus suspicari licet. Nam etsi non-

---

[1] De eadem re ἀνακεχωρηκώς, Val. V, 68 $_{12}$; Ptol. 41 $_{6}$, 53^{v} $_{25}$, remoti et sibi vacantes, Firm. 245 $_{1}$ (253 $_{20}$).

[2] Sic apud Valentem scribendum, ubi traditur -σιος, et apud Ptolem., ubi editur -θαρος; veram formam servavit Procli paraphrasis.

nulla irrepserunt ad Romanorum mores[1] pertinentia (maxime ut consentaneum est apud Firmicum), haud pauca relicta sunt priorem aetatem significantia. Haud ita raro nascuntur τυραννικοὶ βασιλικοί, Val. II, 96_{7}; τυράννους μεγιστᾶνας[2] ποιεῖ, V, 54_{27}, cf. II, 110_{16}; τύραννοι ἢ βασιλεῖς γίνονται, 56_{14}; βασιλεῖς βασιλέων, 63_{29}, cf. 59_{10}, 62_{11}, 68_{9}[3] et locos de urbibus condendis modo allatos; item reges apud Ptol. 45^{v}_{12}; Maneth. II, 350, καὶ μεγάλους βασιλῆας ἢ ἴσους κοιρανέουσιν ἤ που τῶν ἑτάρους τεύχει, λαοῖσιν ἀγητούς. III, 224, μεγάλους βασιλῆας ἔτευξαν ἠὲ πάτρης προὔχοντας ἢ ἐν δήμοισιν ἀρίστους (= 297). IV, 573, γενεῆς βασιληίδος ἄνδρας ἔσεσθαι κοινωνοὺς μετόχους τε, cf. II, 389; III, 111; I, 28, 280; nec minus saepe Firmicus reges commemorat (invictos *imperatores* et qui totius orbis gubernacula teneant e. g. 108_{16}), velut 140_{6}, reges quibus a patre tradatur imperium (cf. 124_{13}, amittunt vitam pariter et *regnum*). Qui ad tantum fastigium non ascendunt, fiunt βασιλικῶν πραγμάτων προεστῶτες, Val. II, 110_{15}; διοικηταὶ βασιλέων, V, 57_{21}; βασιλέων οἰκονόμοι ἢ ἐπίτροποι, 65_{17}. (97_{6}, ἀπὸ βασιλέως δωρεὰς λαμβάνουσι καὶ πίστεις ἡγεμονικὰς ἢ ἐξουσίας, cf. 99_{29}; a regibus humiliantur 97_{21}), cf. Maneth. II, 154, χρήματα δ' ἐν χερσὶν δῶκεν βασιλήια νωμᾶν. Firm. 107_{26}, procuratores regum aut rationales (qui ut hic Graecis quae invenit Romana superstruit, ita aliis locis pro Graecis Romana reponit, velut 140_{8}) = 111_{18}, 157_{26}. 112_{7}, fecit magnorum virorum aut imperatorum negotia tractare. 157_{11}, reddit tales qui facultates regias sua dispositione sustentent et qui omnes reditus regios thesaurosque suae habeant fidei dispositionique commissos cf. 181_{24}, 225_{19}. Alii fiunt βασιλικοὶ γραμματεῖς, Val. V, 56_{25}, 64_{34}; βασιλέων ἢ πόλεων ἢ ὄχλων γραμματεῖς, 66_{2} unde Firm. 174_{19}, scribas *regis* aut senatus aut notarios exceptores principum. 225_{18}, quibus imperatorum litterae ac secreta credantur. Praeterea inveniuntur σωματοφύλακες εἰσαγγελεῖς, Val. II, 114 8 (utrumque munus ad Ptolemaeorum regnum pertinere videtur; εἰσαγγελεύς occurrit Tebt. pap. 179); cf. Maneth. II, 263, ἄλλοι δ' αὖτε πέλονται ἀπαγγελέες βασιλήων. Firm. 106_{28}, nuntios regum; 175_{10}, praenuntios aut protectores aut satellites imperatorum, cf. 111_{19}, 225_{22}.

Haec omnia prius scripta esse apparet ea aetate, qua in Oriente complures erant reges i. e. antequam Romani harum terrarum potiti

---

[1] Velut gladiatorum mentio, V, 67_{3}, 70_{17}.

[2] Μεγιστᾶνας etiam Maneth. IV, 41.

[3] Titulo βασιλέως βασιλέων utebantur Persarum et Parthorum reges e. g. Arsaces VII. Parthorum rex (cf. Dittenberger ad Inscr. orient., 430, n. 4.)

sunt; quae ita mutare debebant exscriptores ut cum suae aetatis condicionibus congruerent, sed fere non mutarunt (praeter Firmicum, quem tamen pristinum colorem non prorsus abluisse vidimus) sive stupore quodam sive quod unus saltem extabat βασιλεύς, Romanorum imperator[1], ad quem utcumque referri poterant vaticinia proprie ad Ptolemaeos Antiochos Nicomedes spectantia; nam Bosporanorum Armenorum aut Parthorum reges aliosve similes eos spectasse probabile non est[2]. Haud dissimilis ratio est Luciani qui quae apud Cynicos de tyrannis legerat in suos libros transcribebat mutatam rerum condicionem non curans (ut etiam alia ex auctoribus recepit quae ad eos investigandos aliquantum valent).

Vetustiorem esse originem vaticiniorum, quae apud astrologos inveniuntur, fortasse ex aliis quoque similibus rebus concluditur. Sane multa talia sunt, ut et ad priorem aetatem quadrent et utcunque ad Romanam; sed quae cum ea tantum condicione rerum consentiant quae sub imperatoribus erant perpauca sunt. Sic δεκαδάρχας καὶ ἑκανοντάρχας τινὸς βραχέος στρατεύματος καὶ πόλεως, 70_{12}, ad decuriones[3] et centuriones exercitus Romani referemus (etsi mire additur καὶ πόλεως); cetera autem similia partim antea scripta esse possunt partim videntur. Velut στρατηγὸς χωρῶν καὶ πόλεων, V, 60_{15}, non tam de Romanorum praetoribus et propraetoribus dictum videtur quam de στρατηγοῖς quales cum alibi tum in Aegypto fuerunt; cf. 54_{10}, κριτηρίων καὶ πόλεων ἀρχὰς ἕξουσιν; 57_{29}, πιστευθήσεται πόλεις καὶ βασιλέων πράγματα; 60_{4}, ἄρξει πόλεως καὶ πολλοῖς ἐπιτάξει ... καὶ θησαυρῶν κυριεύσει; nam στρατηγοὶ τῆς πόλεως in Aegypto et in Oriente inveniuntur (Dittenb., *Inscr. or. ind.*, p. 706).

Βασιλικοὶ ἄρχοντες πόλεων διοικηταί, 60_{20}; διοικηταὶ βασιλέων, 57_{21} et ad Ptolemaeorum (aliorumque Orientis regum) et ad Romanorum aetatem quadrant (cf. Brandis Pauly-Wissowa, V, 790). Στρατοπεδάρχαι ναυτικῶν τε καὶ πεζῶν ἄρχοντες, 68_{8} (Ptol. 45^{v}_{19}, ἐν ἀξιώμασι ... στρατοπεδαρχικοῖς) πολλῶν χωρῶν καὶ στρατοπέδων ἐπικρατοῦσι, 62_{12}, cf. $_{13}$, Romanorum proprii sunt : cf. P. M. Meyer, *Das Heerwesen der Ptolem.*, p. 152.

Sed de his rebus videant peritiores.

---

[1] Eum a scriptoribus quidem sic appellari constat; cf. Crusius de Babrii aetate, p. 239[3]. In papyris e. g. Oxyrh. Pap., I, 33; Col., II, 6; 35, v. 1.

[2] Ceteri reguli (Thracum Nabataeorum Iudaeorum, etc.) ultra primum fere saeculum non durarunt.

[3] Δεκαδάρχην equitem ducem novit Xenophon (pluribus locis), δ. λατόμων custos est *Flinders Petrie Pap.*, II, (4), 1; XIII, (1), 1.

* * *

Scriptorem adhuc paene incognitum in lucem emittens meum duco etiam de indole eius pauca proferre ad eius ingenium recte aestimandum utilia. Loquacem vanum semidoctum fuisse Valentem ex eis potissimum apparebit quae p. 29-53 edidi; nec tamen est cur de simplicitate eius et honestitate dubitemus, qui res obscuras [1] et involutas explanare studens et omnem operam suam in hoc positam esse identidem affirmans tamen mathesin quam tantopere adamabat obscuravit potius quam explicavit. Sed de his rebus facilius erit diiudicare, ubi totus liber prodierit.

Nunc in animo habeo sermonem Valentis paucis illustrare. Et ut paucis comprehendam quod sentio, tenemus hominem qui ludum grammatici per tempus aliquod frequentaverat, rhetoricen parum attigerat. Nulla igitur ne minima quidem in prooemiis Atticismi vestigia tum maxime florentis, sed hic illic flosculi e poetis decerpti; in partibus technologicis ea dictio quae rhetoribus horrida atque inculta videretur, quoniam periphrasi neglecta a vocabulis sordidis non abhorrebat et συκῆν συκῆν appellabat. Quod autem maxime inscitiam auctoris prodit, verba quaedam et locutiones rariores, quas semel adamavit, identidem repetit (v. g. ἱερὸς καὶ σεβάσμιος, ἀκροθιγεῖς τὰς εἰσόδους ποιησάμενοι [31_{20} = 122_{36}], θεοῖς προσομιλεῖν, ἐκθειάζειν τὴν φύσιν). Philosophum non audivit, sed quaedam ex philosophia populari ut tot alii paene invitus adsumpsit, plura apud astrologos vetustiores invenit, qui stoicis argumentis artem suam defendere et fulcire studebant [2].

Poetica in prooemiis potissimum obvia sunt, ubi saepe mire discrepant cum vocabulis cotidianis et vulgaribus, sed etiam in ipsa tractatione occurrunt; quorum partem fortasse ut modo dixi e Petosiride hausit. Talia sunt ἀλήτης (at habet Iosephus), ἄνευθεν, ἀνία, ἀπερείσιος, ἄτερ, ἀστροδώρητος, γέννα, γεννήτωρ, δάνος, ἐπιμείρεσθαι, εὐκτήμων, εὐφρόσυνος, ἡδυμέλεια (novum), θοινᾶσθαι, θοίνημα, ἴδρις, ἰσχάνειν, καθειργνύναι, καταθύμιος, κατόπτης, μεγαλαυχής (habet Manetho), μέριμνα, πολυκτήμων, προπάτωρ, ῥόθιος, σθένειν, στάδιος (122_{31} ?), στεφηφόρος, στέφος, συγκιρνάναι et συνεπικιρνάναι (novum), συμμίσγειν, συνεστιάτωρ, συνίστωρ, τομός, τρυχηρός, ὑψαύχην, φυτοσπόρος, [μουσουργία (quod Lucianus habet), II, 30_{34}, vulgare fuisse potest], ut mittam incerta velut ἀθεής (123_{19}), ὀλετής (47_{37}).

[1] Petosiridem breviter exposuisse etiam Manetho dicit, I, 11; cf. e. g. Val. 35_5, 39_{18}, 118_{10}.

[2] Poetarum versus, quos ad fati et matheseos vim illustrandam affert, se non ipsum collegisse sed congestos invenisse fatetur p. 124_{14}; adde quod versum Iliad. Z 488 (p. 43_{26}) etiam Manetho adhibet, V, 18.

Ex lingua communi petita vel ad normam communium a Valente urgente necessitate facta sunt haud pauca; unde fit ut ex hoc uno scriptore thesaurum linguae graecae admodum augere liceat [1]. Sunt autem haec nova partim composita per α privativum, ut ἀδιοικησία, ἀδουλαγώγητος, ἀθεμιτοφαγεῖν, ἀκαθυστέρητος, ἀνεπιχαρής, ἀνωμαλεῖν (Pelosirideum), ἀνωμαλίζειν, ἀπαράμονος — per δυς : δυσαμάρτητος, δυσπρόκοπος — per ευ : εὐαναλωτής? (II, 112_{2}), εὐεπινόητος, εὐθρύλλητος, εὐμετανόητος, εὐνοηματικός, εὐνόητος, εὐπρακτεῖν, εὐσυμβίωτος, εὐσύστατος, εὐυπόκριτος — per πολυ : πολυγέωργος, πολύγνωστος, πολυπερίσπαστος — per φιλο : φιλασκητής, φιλαυτότης, φιλεκδημητής, φιλοπαίγνιος, φιλοπάλαιστρος, φιλοσυμβίωτος, φιλοσυνέστιος — per praepositiones : ἀντανάλυσις, ἀντιζηλεῖν et ἀντιζηλία, ἀντιπαράδοσις, ἀντιπαραχωρεῖν et -χώρησις, ἀντιστρεπτεῖν; ἀποκρύφως; διαθλεύειν, διοικονομία; ἐγκάτοχος, ἔλλιπος, ἐνδιάφορος, ἐννοηματικῶς; ἐκκακοῦν, ἔκπτωτος, ἐξυπηρέτησις; ἔπαισχρος, ἐπεσκοτισμένως, ἐπιδιακατέχειν, ἐπιθορύβως, ἐπίλωβος, ἐπινοηματικός, ἐπινοήμων, ἐπισκύλλειν, ἐπιτάραχος, ἐπιχαρίτως; κατηγριωμένος, καταιτιασμός, κατεζητημένως, κατορθωτής; παραιρέτης, παρασυνεργός, παρεμπόδισις, παρεπηρμένος; περικτητικός, περιπόλημα; προμηνυτής, προμίσθωσις, προπωλή, προφάνεια; προσεπικαταστρέφειν; συγγένημα, συγκρασία, συγκράτησις (?), συγκρατητικός (?), συναιρετιστής, συνεμφύρειν, [συνεπικίρνασθαι], συννεκροῦσθαι; ὑπερεκζεῖν? (31_{11}). — Alia composita verbalia sunt ἀλλοιοπροσωπεῖν, ἑτεροσεβεῖν, θαλασσομαχεῖν, στοιχειογραφεῖν; nominalia αὐτοκόλαστος (?), δουλελεύθερος, ἐλεφαντουργία, ἐναντιοβουλία, ἱεροτεύκτης, ἰσχυροπαίκτης (II, 91_{24}; an σχοινοπαίκτης ?), λαθρεπίβουλος, λαθραιόκοιτος, νεκροφύλαξ, νεκρόψυχος, ὁπλοδιδακτής, ὁπλοπαίκτης, πορφυροβαφία, σιτογεωργός, σκληρουργία, σκληρουργός (cf. ad II, 90_{21}), σκοτεινολογία, στεμματο(η)φορία, συνταγματογράφοι, ταπεινόψυχος, ὑψοταπείνωμα, φωταγωγία, χαλιναγωγός, χρυσοκοσμητής, χρυσονήτης.

Suffixorum ope derivata sunt nomina : per -ικός : ἀποδηματικός, ἀρρωστηματικός, ἀρχηγικός, βασανιστικός, εὐνοηματικός, ζημιωτικός, κατακλιτικός, λαοξοικός, περικτητικός, προκοπτικός, προσαιτητικός, στραταρχικός, συλλεκτικός — per -ωδης : λιχνώδης — per -μός : αἱμαγμός, καινισμός, καταιτιασμός — per -(ε)ία : ἀρχιερατεία (habet etiam ἀρχιερωσύνη), περιβοησία, προφάνεια, σκληρουργία, σκοτεινολογία, στεμματοφορία, συγκρασία, φωταγωγία, χρεωστία — per -σις : αὐθέντησις, ἄχθισις, δημοσίωσις, ἐξυπηρέτησις, ἱστόρησις, κάκισις, παρεμπόδισις, προμίσθωσις, συγκράτησις, τέκνωσις — per -τής :

[1] Omnino missa facio certa astrologorum vocabula velut κανονοποιία σχηματογραφία etc.

ἀφαιρέτης, διευθυντής, κακωτής, κατορθωτής, ὁπλοδιδακτής, ὁπλοπαίκτης, παραιρέτης, προμηνυτής, συναιρετιστής, φιλασκητής, φιλεκδημητής, χρυσοκοσμητής, χρυσονήτης — per μα : περιπόλημα, συγγένημα. — Verba per -ευειν : ποικιλεύεσθαι; per -ιζειν : ψογίζειν.

Ex eis quae alicunde nota sunt memorabilia sunt ἁδρεπίβολος, II, 108 $_2$, 113 $_{28}$ (utrobique ἀνδρεπιβόλους codd.), quod non invenitur nisi, *De subl.*, 8 $_1$ (ubi ἁδρεπήβολον cod. fors. rectius) varie tentatum; ἀκροθιγής e Meleagro notum (A. P. XII, 68); ἀνθρωπότης = Sext. Emp. 249 $_{12}$, 250 $_{10}$: ἀστερίζειν, 100 $_{10}$: ad stellarum positiones referre? (τὴν ὥραν) quod aliam vim habet apud Ps. Plut., *Plac.*, 888[d] (ubi ἀστεροῦν Stob.); ἀφαντασίωτος, 98 $_{10}$ = ignobilis (Plut., *De soll. an.*, 3, liber a φαντασίαις, opp. φανταστικός); nam φαντασία ei est gloria, nobilitas ut Polybio, unde φαντασιώδης δόξα, 51 $_{10}$; εὐφαντασίωτος idem fere quod ἐπίδοξος, II, 112 $_{24}$, 113 $_{18}$ (aliter Quint. VI, 2 $_{30}$); ἐκπλοκή, 97 $_8$, 106 $_{37}$, quod apud Artemid. IV, 57 non agnovit Hercher; ἐξοδιασμός = δαπάνη hanc quidem vim apud solum Artemid. habens; ἐργαστηριακός (iuxta ἐργαστικός) e solo Polybio enotatum; εὐεπίτευκτος; θυρεπανοίκτης effractor unde cavillatio in Cratetem iacta explanatur D. L. VI, 86; Plut., *Qu. conv.*, II, 6; καταμαξεύειν his cum psilosi traditum (48 $_{19}$, 128 $_{12}$); μετεωρισμός sollicitudo Hippocrateum; πλοκεύς apud Epicharmum et Hippocr. obvium; προβιβασμός praeterea apud solum Artemid. 100 $_9$; ὑπερθετικός grammaticis superlativus, hic quod cum dilatione fit (et ὑπέρθεσις mora, 96 $_{12}$, $_{14}$ ut Polybio).

Cum LXX et N. T. solis aut fere solis communia haec : ἀγορασμός, ἀδελφότης, ἀμετανόητος, ἀντίπτωμα, ἀπαραβάτως, ἀρχιερατικός, διαταγ διαφημίζειν, ἔκβασις, ἐξουσιαστικός, εὐμετάδοτος, θεομάχος, θεόπνευστος, θραῦσις, καταβολή fundamentum, κατάκρισις, κατάλειψις, κενόδοξος, κλυδωνίζειν, κρυβή, II, 89 $_{23}$ (κρυβῇ, LXX), ματαιολόγος (habet etiam -λογία), μεγαλειότης, μεγιστᾶνες, μογιλάλος, μολυσμός, νῖκος, νομικός, περικαμπής, περιποίησις, πληροφορεῖν, ποικιλτική, συντριβή, τελίσκειν, ὑποταγή, φορολογία.

Alia notabilia sunt ob significationem, ex quibus eligo haec; sunt enim multo plura, quae plerumque e Polybio, LXX, N. T. inscriptionibus illustrantur: ἀδιάφορος [1] περὶ τὰς συνελεύσεις, II, 111 $_{21}$, est non fastidiosus, cf. II, 114 $_{21}$ (113 $_{29}$?); ἀθετῆσαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, 87 $_{32}$, est perturbare? (cf. ἀθέτησις, 103 $_{37}$, 108 $_8$, 109 $_7$ coni. ζημία); αἵρεσις aut idem est quod ἀγωγή μέθοδος (ut 41 $_{24}$ etc.) aut indoles (ad 60 $_{15}$) : cf. Dittenb. in utroque indice; νευρῶν αἰσθήσεις, 105 $_{10}$,

[1] Cf. *Catal.*, V, 225, 16 et ad 203, 28.

sunt dolores; αἰτία molestia saepissime, ut II, 106 $_{14, 16}$, 115 $_{7, 28}$; V, 70 $_{31}$, 86 $_{12}$ (cf. adn,), 92 $_{14, 15}$ etc.; ἀνάγεσθαι ἀπό (ἔκ) τινος aliqua re promoveri (= προκόπτειν, προβιβάζεσθαι), ut II, 96 $_{32}$, 112 $_{8}$, ἀπὸ λόγων ἢ ψήφων, cf. 114 $_{26}$; V, 65 $_{22}$, 70 $_{22}$ (item Plutarchus); ἀναγκαῖος efficax, 56 $_{7}$ (idemne ἀναγκαστικός, 47, $_{4}$?); ἀναγκαίως ἔσχον ... προτάξαι cogebar, 35 $_{6}$; ἀναδέχεσθαι pati ut apud Polybium (cf. II, 109 $_{1}$; V, 120 $_{22}$ etc.); ἀναλαμβάνειν τινί τι praebere, 50 $_{22}$, 129 $_{8}$; ἀντίληψις mutatio? 55 $_{2}$; ἀποφθέγγεσθαι vaticinari, ut Luci., Ptol.; ἀσχήμων est ignobilis infamis; ἀσχημοσύνη et ἀσχημονεῖν (item Epict.; Dittenb. 653 $_{4}$), contrarium εὐσχήμων (cf. Epict. Ptol. inscr.: Dittenb. ind., p. 323); διευθύνειν manere; δύναμις = ἀγωγή, αἵρεσις; ἐπὶ τούτου τ. εἴδους in hoc casu, 77 $_{19}$; ἐπὶ παντὸς εἴδους semper, 99 $_{24}$; εἴδη γυναικεῖα, 90 $_{18}$, res ad mulieres attinentes; ἐπισημασία nobilitas, gloria; εὐπόριστος active; θεμέλια agri, fundi (Ptol.); θλῖψις calamitas (N. T.); ἴδιος vi pristina carens pronomen est tertiae personae (Deissmann, *Bibelstud.*, I, 120); ἱκανός multus, magnus; καθαιρεῖν loco (magistratu) deicere itemque καθαίρεσις, -ρετικός, ἀκαθαίρετος; καταλαμβάνεσθαι discere (Dion. Hal.); κατασπουδάζειν τινά, 120, $_{21}$, gratia abuti adversus reum (cf. vit. Aeschyli, 311 $_{35}$ Weil); κεφαλὴ μεγάλη vir summus, 66 $_{11}$; λογισμός desiderium, 87 $_{34}$; μέθοδος fraus (Artem.) et sic μεθοδικός, II, 91 $_{22, 23}$; ὄχλησις morbus (Ptol.); περικυλίεσθαί τινι incidere in aliquid (Ptol.); πίστις munus, administratio (Ptol. inscr. : cf. Dittenb. ind., p. 384); συνοχή custodia, carcer (Maneth. Artem.); σώματα servi; ὑπερέχων (itemque μείζων) homo potens, (item ὑπεροχή summus in rep. locus, 53 $_{31}$ etc.), cf. Deissmann, II, 83; φέρεσθαι superbire, 32 $_{13}$, cf. Sonny, *Ad Dionem analecta*, 207; se gerere : ἁπλῶς φερόμενοι, 37 $_{23}$; πρὸς τὸ θέλον, 40 $_{26}$; ἡδέως, 42 $_{24}$ (gaudio efferuntur); 72 $_{13}$, ubi adverbium excidit; ἀστάτως, 108 $_{28}$; φθόνῳ ἐνεχθέντες invidia moti, 43 $_{30}$; καλλονῇ λόγων freti, 49 $_{4}$; ἀπειρίᾳ, 86 $_{28}$; τύχῃ, 31 $_{23}$, usi; cf. W. Schmid, *Atticism.*, I, 139.

E syntaxi ut pauca delibem (nam in formis haud multa sunt, velut ἀμφιάσαι, 57 $_{9}$; ἔγγαιος, 68 $_{5}$; διαιρήσῃ, 124 $_{34}$), prorsus vacillat in modis. Sic adamat εἰ cum coniunctivo (cf. 90 $_{33}$, 91 $_{16}$); ὅτε, 72 $_{35}$; ἕως, 61 $_{1}$. Participium pro verbo ponere videtur, 108 $_{31}$; Perfectum pro aoristo e. g. 83 $_{26}$, 86 $_{35}$, 87 $_{13}$ (cf. Radermacher ad Demetr., p. 84 sq.); ὁπότε ... ἀναδράμῃ, 49 $_{37}$, 126 $_{8, 32}$: ἐὰν ... ἔστι, 87 $_{37}$; ἐὰν ... δηλοῦσι, 99 $_{12}$; ἐὰν βλάπτεται, 104 $_{27}$; ὁπόταν ... ἐπεμβῶσι ... καὶ εἰσὶ, 117 $_{25}$; ὃς ἐὰν ἔλθῃ habes, 118 $_{25}$ (cf. pro multis Deissmann, II, 30). Neque igitur mutavi ἐάν τις ... συγχρονίσαι, 122 $_{20}$.

Εἰς ponit pro ἐν (saepissime), rarius ἐν pro εἰς (55 $_{22}$, 57 $_{7}$); ὁμόσε pro ὁμοῦ, 67 $_{4}$, 68 $_{15}$; ὅπου pro ὅποι, 52 $_{9, 14}$.

Comparationem senescere declarat cum καινότερος novus, II, 107_{18} etc., tum πλεῖστα καὶ μείζονα ἀγαθὰ παρέχονται, 56_{3}; πολλῷ μᾶλλον ἀπρακτότεροι, 57_{3}.

Οὖν vim suam amisit; hinc μὲν οὖν, 32_{27} (ubi fortasse non recte delevi), 40_{1}; εἰ ... εἴτ' οὖν, 90_{36}; εἴτ' οὖν = ἤ, ἤγουν, 108_{25}. Item μήν : οὔτε μήν ... οὔτε, 30_{7}, 31_{11} (οὔτε ... οὔτε μὴν, $98_{17, 31}$, 101_{14}; ἀλλ' οὐδὲ μὴν, 34_{30}, 122_{5}; οὐκ ἔτυχον ... οὐδὲ μὴν ... γενόμενος, 52_{14}.

Sed haec omnia in indice plenae editionis amplius illustranda erunt.